

mandet, ut sancte et pie vivamus « in, » id est ad, « spem vite æternæ » in nobis excitandam, ut scilicet spem quam optimam concipiamus, quod assequemur per piam vitam in hoc mundo, vitam æternam in futuro, *q. d.* Sum Dei servus et Apostolus, ut prædicem veram fidem que nutrit pietatem, in qua habemus spem vite æternæ, quæque hanc spem in nobis excitat et accendit.

Nota *tertia* : « Fides » hic non significat commissionem Paulo creditam, ut vult Chrysostomus, quasi dicere velit Paulus : Sum servus et Apostolus circa electos, quos Deus meæ fidei, id est meæ cura, credit, quosque mihi commisit; sed significat fidem quam credimus Deo et Christo, qua scilicet agnoscimus veritatem veramque pietatem, ut subdit hic Apostolus. Porro « agnitio et scientia pietatis, inquit Hieronymus, est nosse legem, intelligere Prophetas, Evangelio credere, Apostolos non ignorare, ut scilicet inde Dei cultum addeas, » ut nimirum per fidem assequaris spem vite æternæ, ipsamque tandem vitam æternam.

Nota *quarta* : Hic Apostolus designat quatuor causas suæ servitutis et apostolatus. *Primo*, materiale, cum ait illum versari « secundum, » id est circa, fidem et agnitionem veritatis. *Secundo*, finale, cum dicit : « In spem vite æternæ. » *Tertio*, efficientem, cum addit : « Dei, et Jesu Christi, » *q. d.* A Deo et Jesu Christo creatus sum Apostolus et servus. *Quarto*, formalem, cum subdit : « In prædicatione quæ credita est mihi. » Servitus enim Apostolorum, qua Deo et Christo serviebant, non erat alia, quam prædicatio et propagatio Evangelii.

Nota *quinta* : Tacite hic Paulus se et Apostolos pponit Mosi et Prophetis : Moses enim, *Deuter.* cap. xxxiv et alibi, vocatur servus et famulus Dei, *q. d.* Moses fuit servus Dei, sed secundum, id est circa, legem et caeremonias ac umbras, quas docuit et tradidit populo Iudeorum, ut eas observando vitam commodam et bonis terrenis affluentem hie agerent : ego vero et Apostoli sumus servi Dei circa fidem et pietatem, ut homines adducamus ad vitam æternam. Ita Theophylactus. Hæc enim est veritas secundum pietatem et scientiam Sanctorum ; sunt enim multe veritates et scientiæ, quæ ad pietatem non faciunt, uti est Arithmetica, Grammatica, Rhetorica et alia plurima.

2. QUAM (vitam æternam) PROMISIT QUI NON MENTITUR, DEUS, ANTE TEMPORA SECLARIA. — Pro promissis græce est *ἐπαγγελία*, id est gratuita sua liberalitate, sua sponte, gratis et ultro promissis.

Quæres, cui Deus promiserit ab æterno hanc vitam? Respondet S. Hieronymus, promississe Filio suo, vel, ut alii, suæ sapientiæ et bonitati. Verum melius Chrysostomus : « Promisit, inquit, id est dare decrevit, propositum, prædestinavit apud se in sua mente divina, dare fidelibus suis vitam æternam. » Idem enim dicit hic, quod II *Timoth.*

cap. i, vers. 9, ubi ait : « Quæ (scilicet gratis) data est nobis in Christo Jesu ante tempora secularia. » *Data est*, id est dari decreta, sive prædestinata est : quod enim nobis dari decretum est, id ipsum nobis quasi promissum est, promissione non personali, sed reali, sive quantum est ex parte rei que danda decernitur.

Quæres *secundo*, que vocentur *hæc tempora secularia*? Respondeo, græce est *αἰώνιον*, quod S. Hieronymus hic et Augustinus loco mox citando, vertunt, *æterna tempora* : nec Latini, inquit S. Augustinus, ausi fuerunt vertere *secularia*, quia secularia subinde significat id quod cito transit. Per tempora vero *æterna* S. Hieronymus intelligit sæcula et æternitates, que mundi creationem processerunt, in quibus angeli vixerunt Deumque laudarunt. « Sex millia, inquit, nondum nostri temporis implerent annorum, et quantas prius æternitates, quantas sæculorum origines fuisse cogitandum est, in quibus angeli, Throni, Dominiones ceteraque Virtutes servierunt Deo, et absque temporum vicibus atque mensuris Deo jubente substituerunt? » Insinuat hic Hieronymus angelos fuisse creatos ante mundum, suamque ante mundum habuisse æternitatem, id est ævum. Verum hoc Hieronymus non tam ex sua quam ex Origenis, ut solet, dicit ætenuia. Origenes enim ita sensit, et post eum multi Patres Græci et Latini. Verum contrarium, scilicet angelos, non ante, sed simul cum mundo corpore creatos esse, ac consequenter nullum angelorum fuisse ævum vel sæculum ante hunc mundum, certum est. Ita enim definit Concilium Lateranense, sub Innocentio III, cap. i : « Creator, inquit, omnium invisibilium spiritualium et corporalium, sua omnipotentis virtute simul ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam, spiritualement et corporalem, angelicam videlicet et mundanam. » Ubi nota : Licet mens Concilii fuerit hæc verba damnare sententiam Origenis, qui primo creatos a Deo dicebat angelos et animas, deinde ob peccata eorum creata esse corpora, quibus quasi carceribus includerentur : tamen simul *ante* docet angelos sive ut cum mundo corpore esse creatos ; nec enim clarioribus verbis id dici aut doceri posset. Nam hoc dogma plane evertit fundamentum sententiæ Origenis, et ad eam evitentandam statuitur et proponitur a Concilio. Quare quod nonnulli ex S. Thoma, I *part.*, *Quest.* Lxi, art. 3, respondent, hujus Concilii non verba, sed mentem jam explicatam spectandam esse, quasi æque post Concilium atque ante, licet sine erroris nota opinari, angelos creatos esse ante mundum, non video quomodo sane et tuto dici possit.

Hinc *secundo*, melius S. Augustinus, lib. XVI *De Civit.*, cap. xvii, Anselmus et alii tempora *æterna* intelligunt illa que processerunt mundi et angelorum creationem, que tamen non fuerint Deo coæterna.

Dices : Nulla talia sunt aut fuerunt tempora

quia ante mundum nullum fuit tempus, adeoque nihil fuit nisi Deus Deique æternitas.

Respondeo, a parte rei, sive re ipsa nihil fuit præter Deum; fuit tamen tempus imaginarium quod mente concipimus et fingimus ante mundum Deo coexistisse, in quo Deus poterat et hunc mundum, et alios infinitos longe citius creare, quam de facto *erit*. Instabis : Hoc tempus concipimus quasi Deo coæternum; id autem negat S. Augustinus et Apostolus hic, qui dicit Deum vitam æternam promississe, ante hæc tempora æterna; si ante, ergo non sunt coæterna Deo. Respondeo : Hæc tempora imaginaria, que concipimus ante mundum Deo coexistisse, confuse quidem concipimus quasi Deo coæterna, non autem distincte et particulatim, quia sic concipimus illa quasi Deo posteriora : distincte enim concipimus partes hujus temporis definitas, ita ut illarum una pars aliam habeat se priorem, et hæc rursus alteram et alteram se priorem, idque in infinitum; nec enim mente nostra et conceptu possumus devenire per hæc partes temporis gradatim semper ascendendo ad initium, vel ad ipsa primordia æternitatis, cum illa uti in fine, ita et in sui principio sit infinita, adeoque uti fine, ita et in principio careat : et hoc modo ante tempora hæc æterna partialia, que mente divisim et distincte concipimus, antecedit semper ipsa Dei æternitas, *q. d.* Apostolus : Ante omne tempus, ante quamlibet temporis partem, quam definite concipere possumus in æternitate Deo coexistisse, Deus « promisit, » id est decrevit suis fidelibus vitam æternam, puta ab omni æternitate. Hic sensus videtur esse ex mente et sensu Apostoli, ut mox dicam; sed non est plenus et adæquatus.

*Tertio*, alii « tempora æterna » intelligunt antiqua, quomodo *Actor.* xv, 7, dicitur, « ab antiquis diebus, » et ita legisse hic aliquos « tempora antiqua, » pro *æterna*, vel *secularia*, docet S. Thomas; scilicet hi legerunt in Græco *ἀρχαία* pro *αἰώνια*. Verum noster Interpres optime veritatem ante tempora *secularia*, ut dixi II *Timoth.* i, 9. Per sæculum autem non intelligit spatium centum aut mille annorum (quomodo vocamus ludos secularares), sed proprie dictum sæculum, sive ævum et tempus, tam illud quod revera cum mundo cepit et fluxit hucusque, quam illud quod, ut dixi, imaginamur ante mundum Deo coexistisse. Unde Syrus vertit, *קדם דלמדין קדם* *kedam zabdin vedimim*, id est ante tempus sæculi, *q. d.* Ante omnem sæculorum seriem, ante omnem mundi et temporis, sive veri, sive imaginarii originem, Deus promisit se nobis per Christum daturum esse vitam æternam.

Notat S. Hieronymus, « tempora dici secularia, » quia omne tempus in fluxu est, et per suum quodque sæculum decurrit in curriculo hoc et rota mundi. « Unde et quidam Philosophorum, inquit Hieronymus, censent non esse tempus præsens, sed aut præteritum, aut futurum; quia scilicet

omne quod loquimur, agimus, coexistimus, undum fit, præterit; aut, si nondum factum est, futurum expectamus. » Alii e contrario dixerunt tempus non existere, sed tantum nunc, sive instans temporis, adeoque falso dicit : Hoc tempore studeo, curro, comedo, quia ex tempore nihil exiit, nihil est præsens, sive nunc, sive instans; quiddam reliquum est de tempore, non exiit; sed aut præteritum est, aut futurum, id est exiit, aut existet. Ecce hoc est punctum quod hic vivimus.

3. MANIFESTAVIT AUTEM TEMPORIBUS SUIS VERBUM SUUM IN PREDICATIONE (id est per predicationem), QUE CREDITA EST MIHI SECUNDUM PRECEPTUM SALVATORIS NOSTRI DEI. — Nota : « Verbum suum, » puta Dei, hic vocat Dei promissionem jam dictam de vita æterna. Unde clarior Græca, *τὴν λόγον ζωῆς* *verbum illud suum*, vel promissionem illam suam, olim scilicet in Deo occultam et reconditam, jam per predicationem meam manifestavit. Articulus enim *τὴν* vim hæc et revocandi et repetendi id quod antecessit; idque exigit conjunctio adversativa *autem*, que hæc præcedentibus connectit. Sic *Lucæ* i, 72, dicitur : « Memorari (ut memoraretur) testamenti (id est pacti sui sancti, jurjurandum quod juravit ab Abraham, » *q. d.* Testamentum, sive pactum, hoc Dei est jurjurandum illud magnum quod juravit patri nostro Abraham : licet enim in Græco jurjuramentum sit accusativi casus, tamen Græci eum pro nominativo usurpant, cum scilicet relativo accusativi casus preponitur. Sic enim loquuntur *ἐπέταξέν* *ἐν*, pro *ἐπέταξε* *ἐν* *ἀποστόλῳ*.

Nota *secundo* : Hieronymus per « verbum » intelligit Filium. Sic enim Filius dicitur *λόγος*, *Joan.* cap. i, vers. 1, id est Verbum, quo Deus omnia dixit, et dicendo fecit ac produxit; rursus quo jam incarnato, et in carne manifestato, gratiam et gloriam, omniaque bona nobis promisit. Verum simplicius cum Chrysostomo per « verbum » intelligemus Evangelium, vel clarius promissionem vite æternæ in Evangelio propositam, uti dixi.

Nota *tertio* : Deus hoc « verbum, » id est promissionem, manifestavit suis temporibus, græce *κατὰ καιρὸν*, id est opportunit, congruis et propriis temporibus : quod ad *Galat.* iv, 4, aliis verbis dicit : « Ubi venit plenitudo temporis, » cum scilicet præcessisset lex nature et Mosis, quasi præparato et pedagogo ducens homines ad Christum, cumque tempora a Deo et Prophetis præscripta essent evoluta, post quatuor sæculis anorum millia, quibus longatus et gemens mundus sub peccatis, vitis, morte et inferno, suspirabat ad Christum redemptorem et salvatorem.

Nota *quarto* : « Secundum, » id est per, « præceptum, » et, ut Vatablus verit, *delegationem*. Hinc recte colligit Chrysostomus Apostolorum prædicationem non fuisse consilii, sed præcepti, scilicet Paulum et Apostolos præcepto *divino*,

sub poena peccati mortalis et inferni, a Deo obligatos et astricos fuisse ad predicandum Evangelium. Unde Paulus, I Cor. ix, 16: « Vae, inquit, mihi est, si non evangelizavero. »

Nota quinto: Tam longum exordium quasi salutationem praemittit hic Apostolus, tum quia naturaliter fovendo, ubere et diserto erat ingenio, tum quia in gratia Christi et apostolatu ejus deprecando solet se effundere, tum denique quia hic in exordio quasi thema et argumentum totius epistolae proponit, scilicet snum et Titi, adeoque omnium Episcoporum et Pastorum munus esse predicare, non legis caeremonias, sed Christi gratiam, ac docere non Judaeorum, Gentilium aut hereticorum fabulas, sed mores Christianos et sanctos, in quibus sita est vera pietas Deique cultus.

4. TITO DILECTO (γαλιώ, id est germano, genuino) FILIO SECUNDUM COMMUNEM FIDEM, GRATIA (Graeca addunt δαξ, id est misericordia) ET PAX (supple sit) A DEO PATRE ET CHRISTO JESU SALVATORE NOSTRO. — q. d. Saluto te, o Tite, qui non degener, sed germanus es filius meus; non secundum carnem, sed secundum communem fidem et spiritum, quo ego te in Christo genui. Filius ergo meus es a me genitus secundum fidem, id est in fide.

Nota: « Communem fidem » vocat fidem Catholicam, ut vult Chrysostomus; vel potius et significantius, ut Hieronymus, quae Tito cum Paulo communis erat. Ubi advertit modestiam Pauli, qui ita se patrem Titi vocat, ut e ejusdem fratrem agnoscat, q. d. In fide tibi, o Tite, sum pater, quia te genui; et frater, quia eandem mecum habes fidem: fides mea, fides tua est, ubique communis, eamque non adulteras, uti haeretici, sed genuinam tenes et tuaris, aequo ut ego, tanquam germanus mihi in fide filius, imo frater. Ita Theophylactus.

Nota secundo: Hic apposite petit gratiam et pacem a Deo Patre et Christo Jesu. Si enim Deus est a quo omne bonum, quasi a fonte uberrimo manat, cujusque proprium est se et sua bona communicare et effundere: hanc is se orantibus et petentibus gratiam et pacem, non negabit. Si pater est amantissimus, equid filiis suis utile aut commodum deesse patietur? Si Christus, id est, unctus est oleo gratiae et misericordiae, sane eandem in nos effundet. « Oleum enim effusum nomen tuum, » inquit sponsa Cantic. 1, 2. Si Jesus est, id est salvator, utique gratiam elargietur qua salvi effici possimus.

5. HICUS DEI GRATIA RELIQUA TE CRETE (δ Κρητης, id est, in Creta, scilicet insula), UT EA QUAE DESUNT, CORRIGAS. — Graeca hae τὰ λείποντα επιδιορθώσης, id est, ut quae reliqua sunt, scilicet quae adhuc corrigenda restant, nec a me tam cito corrigi poterunt, pergas corrigere.

Nota Chrysostomus animum Pauli labori et vangelo plane intentum, ab ambitione alienum,

Communis fides quae?

A Deo et Christo gratiam deum.

non suum honorem, sed publicum animarum, commodum ubique spectare. Illic labores sibi deposcit, ut duritiam Ethnicorum quasi glaciem primus ipse perfringat; deinde via facta aliis laborem cedit cum honore, adeoque qua magis honorifica sunt, ut constituere ubique Episcopos, commendat Tito: interim ipse alia querit novellia, per se ingenti labore Evangelio subigenda. Hoc vero Apostolicum est. Discant Praetati non tantum laboriosa, sed et honorifica munia cum subditis partiri; non honores, sed labores ambire et usurpare, et Apostoli spiritum imitatur, suisque eundem imprimant.

Et CONSTITUAS PER CIVITATES (κατὰ πόλεις, id est oppidatim) PRESBYTEROS, — id est Episcopos et proprie dictos presbyteros, sive sacerdotes et pastores. Presbyter enim nomen commune erat tam Episcopis, quam communibus sacerdotibus, ut dixi ad Philip. 1, 4. Jubet ergo Paulus, ut in singulis oppidis Titus constituat presbyteros, puta in majoribus Episcopos, in minoribus sacerdotes, sive pastores: ita enim explicat et sancit Leo I, epist. 87 ad Episcopos Africae, cap. 11, et Concilium Sardicense, can. 6, ubi dicitur: « Licentia non sit Episcopi passim ordinandi, aut in vico aut in civitate modica, cui satis esse possit unus presbyter; nec enim necesse est ibi Episcopum fieri, ne Episcopi vilescat nomen et honoris summi auctoritas. »

Nota primo: Jubet Apostolus Tito, ut plures in Creta constituat Episcopos. Erat enim Creta, licet insula, populis et urbibus ad stuporem frequens; habebat enim centum urbes. Unde Poeta de Creta ita canit:

Urbes centum habitat magnas, divissima regna

Ideoque ab Homero, Iliados II, Creta dicta est Hecatompolis.

Nota secundo, caute legendum esse hic S. Hieronymum; ait enim: « Olim idem erat presbyter qui Episcopus, et propter schismata consuetudine potius, quam Dominica institutione factum est ut presbyteris praeesset Episcopi. » Similia habent Sedulius et Anselmus. Unde Aeriis et Wicelof docuerunt presbyteros pares esse Episcopos. Verum S. Hieronymus et eum secutus Anselmus et Sedulius volunt dicere, olim communi consensu, spirita et zelo magis, quam hierarchico ordine et imperio presbyteros rexisse Ecclesias, conviventibus Episcopis; sed paulo post illo ipso tempore, scilicet Apostolorum, eum orientur disensionem, ut patet I ad Corinth. 1, 12, et I ad Timoth. v, 19, mox ob superbiam et schismata presbyterorum. Episcopos suum primatum resumpsisse. Certum enim est, non tantum consuetudine, sed et jure divino Episcopos presbyteris esse majores, tum potestate ordinis, tum potestate jurisdictionis. Quod ipsum docet S. Hieronymus epist. ad Heliodorum, et ad Marcellianum: « Apud nos, inquit, Apostolorum locum Episcopi tenent. » Atqui Apostoli

Creta frequens populis et oppidatim.

Episcopus nomen per presbyterum.

maiores erant ex Christi vocatione et institutione 70 discipulis: ergo pariter et Episcopi presbyteris ex Christi institutione majores sunt. Quod ergo Hiero dicit Hieronymus: « Magis consuetudine quam divina institutione Episcopos presbyteris esse majores, » intellige non de ipsa Episcoporum potestate et auctoritate, sed de usu et exercitio potestatis. Christus enim non instituit de facto distinctionem hierarchici ordinis et jurisdictionis, ita ut illam in actum et exercitium deduceret; sed permisit ut, quamdiu duraret primus ille zelus, communi omnium labore et spiritu regerentur Ecclesiae; illo vero refrigerante, voluit ut Apostoli distinctionem hanc et jurisdictionem a se Episcopis datam, in proxim et usum redigerent. Confirmat hanc expositionem id quod subdit Hieronymus: « Imitantes, inquit, Moesen, qui cum posset solus praesse populo Israel, septuaginta elegit, cum quibus populum judicaret. » Atqui certum est Moesen majorem fuisse hisce 70; ergo certum est Episcopum majorem esse presbytero: qui tamen, si Moesen imitari velit, ambitiose eis non imperet, sed mansuete eos in communionem suae potestatis et jurisdictionis admittat. Vide dicta Philipp. 1, 1.

SICUT ET EGO DISPOSUI TIBI. — Graeca διατάξαι, id est ordinavi, constitui, disposit: inde διατάξαι vocantur canones, constitutiones et ordinationes Apostolorum et Pontificum, q. d. Tales tam probatos et selectos, tam numero, modo, serie, subordinatione constituit presbyteros, sicut ego viva voce tibi praescripsi et ordinavi.

Unde patet Christum non omnia ordinasse, sed multa circa Ecclesiae regimen, pro ratione temporum futurorum ordinanda commisisse Apostolis eorumque successoribus. Hoc enim exigit cuiusvis republicae prudens institutio. Sic quod vers. seq. praecipit Apostolus, ut Episcopus sit unius uxoris vir, ut filios habeat fideles, ut sit hospitalis et benignus, nusquam legitur instituisse aut praecipisse Christus. Sed, ut ait Apostolus, haec « ego disposui tibi, » haec mea sunt praecipia, mea ordinationes. Sic deinceps per novos canones toto orbe receptos multa sancita sunt a Patribus Concilii Niceani, Ephesini, Chalcedonensis, Constantinopolitani et aliorum conciliorum, de quibus nec Christiani, nec Apostoli quidquam sanxerunt aut ordinarunt. Hinc patet hosce canones omnibus fidelibus venerandos et servandos esse: ita enim de suis hic praecipit Apostolus.

6. SI QUIS SINE CRIMINE EST, UNUS UXORIS VIR, FILIOS HABENS FIDELIS, NON IN ACCUSATIONE LUXURIAE, AUT NON SUBDITOS. — Hic qualem velit esse presbyterum et Episcopum, praescribit Apostolus. Primum, ut sit « sine crimine, » non quasi velit eum tantum eligi Episcopum, qui a baptismo non peccari mortaliter, sed qui crimine infami aut accusatione digno non notetur, ut ait D. Thomas. « Multi, inquit Augustinus, lib. I Contra duas epistolae Pelagianorum, cap. xiv, sine crimine sunt, et

Christus circa Ecclesiae regimen suo consilio constituit, sed multum in religio suscipi debet.

Episcopus debet esse sine crimine in accusacione.

sine querela vivunt, sed nemo sine peccato. » Idem enim hic requirit Apostolus, quod I Tim. cap. III, cum ait: « Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, » hanc et sequentes Episcopi doctores explicari I Timoth. III.

Nota: Tertia dos Episcopi hic requisita ab Apostolo est, ut, si sit pater « habeatque filios, » id sint « fideles. » Si enim suos filios non potuit facere fideles, quomodo Episcopus factus infideles alios et exteros ad fidem adducet?

Secundo, ut filii « non sint in accusatione luxuriae, » id est non accensur de luxu in comessationibus et comotationibus, id est non sint comessatores et compotores. Hi enim a parente facto Episcopi extorquerent bona Ecclesiae et pauperum, eaque rone ut sua dilapidarent, cum sint helliones et gurgites opum. « Luxuria » ergo hic pro luxu sumitur: hunc enim significat Graecum ἀσώτια, de qua dixi Ephes. v, 18. Posset russum cum Lyrano luxuria pro libidine accipi: hanc enim significat quoque Graecum ἀσώτια, ut dixi loco jam citato: luxus enim gule, et « venter mero aeternus desumpt in libidinem, » ut ait hic ad vers. 7 S. Hieronymus. Vult ergo Paulus Episcopum sui caste suos educasse filios, ut de luxuria notari aut accusari non possint, sicut filii Heli pontificis notati sunt, ideoque tam ipsi, quam pater Heli et pontificatus et vita privati sunt, I Reg. III. Simili modo I Tim. III, scribit Episcopum esse eligendum, qui « filios » habeat « subditos in omni castitate. » Creteneses enim in venerem profusi fuerunt, adeoque, ut tradit Strabo, lib. X, Crete moris erat, ut in pueros insanenter, quos etiam quantumvis nobiles licebat ibi rapere, et apud se duos menses retinere, et sic donatos numeribus domum remittere. Nimirum hoc docuit eos eorum rex Jupiter, cum suum Ganimedem rapuit: et tamen (o infanda caecitas!) uterque inter deos relat est ab eorum sapientibus. Atque hac de causa, ut ibidem docet Strabo, prisca Cretenensium legibus decretum erat, ut Creteneses omnes statim a pubertate conjugum inirent ad infamem hanc pederastiam, eujus eos tandem pudere cepit, adulteria, aliasque vagas libidines restringendas.

Tertio, requirit Apostolus, ut futurus Episcopus filios habeat subditos: si enim eos regere et discipline suae subdere non potuit pater, quomodo factus Episcopus fideles omnes regere, sibi que et Ecclesiae obedientes efficere poterit?

7. OPORTET ENIM EPISCOPUM SINE CRIMINE ESSE, Sicut DEI DISPENSATOREM, NON SUPERBUM. — Pro dispensatore grece est διακόνη, q. d. Oportet Episcopum esse sine crimine, id est sine graviore scelere, quia est non dominus, sed oeconomus et administrator domus Dei, quae est Ecclesia: ipse ergo toti Ecclesiae vite integritate, quasi sol praeferre debet: in illum enim omnium intenti sunt oculi.

Secundo, pro superbum grece est ἀσβδη, id est sui sensus tenacem, et, ut Syrus, qui sua ducatur propria voluntate, id est praefractus, durus, asper,

Aseria luxuria et luxuria significat.

Cretenensium luxuria et pederastia.

inflexibilib, qui sibi ipsi ita placet, ut ceteri displiceant. Ita Chrysostomus et Theophylactus. S. Hieronymus verit, *protervum*; alii, *contumacem*. Antigonus rex videns filium suum ferocius tractantem subditos: « A ignoras, inquit, fili, regnum nostrum esse splendidam servitutem? » Idem sibi dicant Episcopi et Praefati.

NON TURBIS LUCRI CAVENDUM, — qui scilicet se et proles ditare non satagat ex mulctis, quas cano- num transgressoribus imponit; quique avare frumentum et decimas non recondat, expectans annonae caritatem, ut pluris dividat; denique qui ex mercium aliarumque rerum indecentium et sordidarum commutatione aut negotiatione lucrum non aucupetur. Ita Patres Concilii Antiocheni apud Eusebium, lib. VII *Histor.*, cap. XXIII et XXIV, graviter accusant Paulum Samosatenum, Antiochia Episcopum, quod, cum antea vilis esset et pauper, a litigantibus per fraudes et dolos pecunias extorsit, hisque se ditavit. Quam turpe sit hoc lucrum in clericis, docent sacri Canones 3, *Quaest. II*, cap. *Si quis*, et 17, *Quaest. IV*, cap. *Alias*. S. BENIGNUM. — Graece *εὐαγέλιον*, id est ad verbum, bonos amantem, vel honorum amatorem. Ita Hieronymus; potest tamen quoque verti, *benignum*.

SERBIUM. — Graecum *σέρβιον* verti etiam potest cum Hieronymo, *castum vel pudicum*, et cum Ambrosio *prudenter*: nimirum anima sicca (id est sobria) est sapientissima et prudentissima, atque, ut aiunt Graeci, *ζῆλον φιλοῦσι σωφροσύνην*, id est robur animae est sobrietas.

SANCTUM, — *εὐσεύ*, quod cum Vatablo et aliis verti potest, *pium erga Deum*; nam, ut ait S. Hieronymus, quem nos *sancum* vocamus, Graeci *εὐσεύ* vocant; quem autem ipsi *εὐσεύ*, nos *pium* in Deum possumus appellare.

CONTINENTEM, — tum a gula et luxuria, tum ab omnibus animi vitis. « Sit Episcopus, inquit Hieronymus, abstineas non tantum, ut quidam putant, a libidine et ab uxoris amplexu, sed ab omnibus animi perturbationibus, ne ad iracundiam concitetur, ne illum tristitia deiciat, ne terrore exagitet, ne letitia immoderata sustollat.

Talis fuit S. Martinus, Turon. Episcopus, de quo audi Severus Sulpitium, *diat. 1*: « Nemo unquam Martinum vidit iratum, nemo incontinentem, nemo ridentem: unus idemque semper, celestem quodammodo laetitia vultu preferens, extra naturam hominis videbatur. Tantam adversus omnes injurias patientiam assumpserat, ut cum esset summus sacerdos, impune etiam ab infimis clericis laederetur, nec propter id eos aut loco unquam amoverit, aut a sua charitate repulerit. Nunquam in illius ore, nisi Christus; nunquam in illius corde, nisi pietas, nisi pax, nisi misericordia inerat. Plerumque etiam pro eorum, qui obtractores illius videbantur, solebat flere peccatis. » Hinc non tantum vivens, sed et moriens invictum ab oratione spiritum non relaxabat. Cumque

S. Martini constantia, hilaritas, pietas, patientia.

pro morte celeri oraret, discipuli ad eum: « Cur nos, inquit, pater deseris? cui nos desolatos relinquis? Tum ille: Domine, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem, fiat voluntas tua. Ardenti vero febre aestuans cum supinus oraret, rogatur discipuli ut pronus conquiesceret. Quibus ille: « Sinite me caelum potius quam terram aspicere, ut suo itinere iam iturus ad Dominum spiritus dirigatur. Instante jam morte, viso humani generis hoste: Quid, inquit, adstas cruenta bestia? nihil in me faneste reperies. Ea in voce animam Deo reddidit, quam angelorum chorus excepit, eosque divinas canentes laudes multi, imprimisque Severinus Coloniensis Episcopus audivit. »

9. AMPLECTENTEM EUM, QUI SECUNDUM DOCTRINAM EST, FIDELIEM SERMONEM. — pro amplectentem graeco est *ἀνταρξέμενος*, id est, ut Ambrosius, tenacem et mordicus retinentem, « fidelem, » id est veracem et indubitatum (ut dixi I *Timoth.* 1, 43) « sermonem, qui secundum doctrinam est, » id est qui sana doctrinae et fidei consentaneus est, sive, quem docet sana doctrina. « Non statuit, inquit Theodoretus, ut Episcopus sit disertus, sed ut sit divinarum eloquiorum peritus. »

Varia- tas et doctrina Episcopi.

10. SUNT ENIM MULTI ETIAM INOBEDIENTES, VANILOQUI ET SEDUCTORES (graeco *επεισώματα*, id est, mentium deceptores), MAXIME QUI DE CIRCUMCISIONE SUNT. — Pro etiam graeco est *καὶ*, id est et; pendet haec copula a sequentibus, eaque cum praecedentibus connectit, *q. d.* « Sunt multi et inobedientes, et vaniloqui, et seductores. » Unde Vatablus et alii *et etiam* in sua versione omittunt, tumque sensus idem est, sed planior et clarior. Pro *rotargui* graeco est *ἐπισημαίνω*, id est obturare illis os, et quasi epistomio illud occludere, indico scilicet eis silentio, ut vertit Hieronymus. Notat Judaizantes, qui docebant cum christianismo jungendam esse circumcisionem et legis caeremonias, fabulasque Judaicas, indeque lucrum aucupabantur.

12. DIXIT QUIDAM EX ILLIS, PROPRIUS IPSORUM V PROPHETA: CRETENSES SEMPER MENDACES, MALE BESTIAE, VENTRES FIGULI. — 13. TESTIMONIUM HOC VERUM EST. — S. Hieronymus haec verba partim refert ad vers. 3, ubi dixit: « Hujus rei gratia reliqui te Creta, ut ea quae desunt corrigas, » nimirum ut corrigas mores Cretensium in mendacia, ventris ingluviem et pigritiam proclives; partim ad proxime praecedentia, scilicet ut notet hos Judaizantes pseudo-doctores, ut eorum indolem perspiciat Titus, sciatque quomodo et de quibus eos arguere debeat.

Dices: « Proprius ipsorum propheta » est Callimachus, vel potius Epimenides poeta Cretensium et Philosophus, ac templi Mærae, id est solis, sacerdos. Ita Hieronymus. Sed cur poeta hic vocatur « propheta? » Respondeo: *Primo*, quia a suis habitus est propheta, teste Laertio et Cicero, lib. I *De Divin.*

Secundo, quia poeta sunt dicti vates, id est prophetae, ob furorem poeticum, et Sibyllae ac Apollo sua oraacula reddebant carmine; unde Iidem, ut et alii multi, simul erant poete et prophetae. Atque haec de causa Plato, lib. II *De Republica*, poetas deorum filios vocat, illorumque nonnullos prophetas fuisse asserit. Hinc poeta ipsi spiritum sibi de caelo communicatum jactabant, dicentes:

Est Deus in molis, sunt et commercia caeli,  
Sedibus aetherei spiritus iste venit.

Tertio, quia Epimenides hic scripsit librum *καὶ τὸν χρονοῦν*, id est *de Oraculis*.

Quarto, « propheta, » id est doctor et ethicus, qui vitia gentis nativa describit, cum perinde est atque mores posterorum predicare, quia vitia nativa parentum fere in posteris derivantur. Vide dicta I *Cor. xv*, initio capituli.

Nota secundo: Epimenidis sententia et carmen quod hic citat Apostolus, ita graeco sonat:

Κρητες ἀπὸ φύσεως, κακὰ θηρία, γαστέρας ἀργαί.

Jermen Epimenidis cita- tum ab Apostolo.

Quod pari carmine Latino reddidit Faber Stapulensis:

Grossius usque loquax, mala bestia, viscera pigra.

Verum, ut recte advertit Erasmus, « loquax » non est idem quod *mendax*; nec « viscera » idem sunt quod *ventres*, id est gulosi, uni ventri dediti. Melius ergo et brevius ita carmen carmine reddas:

Cres semper mendax, mala bestia, ventor iners est.

Nota tertio: Tria hic Cretensium vitia suggillat. Primum, quod sint mendaces, unde in proverbium abierunt, ut vulgo dicatur, *Cretizare cum Cretensi*, id est mentienti mentiri, fallentem fallere, decipientem decipere. Et, *Cretensis est*, cretizat, id est mendax est, mentitur.

Ubi advertit ex S. Hieronymo et Chrysostomo casionem, quae Epimenidem et Callimachum ovid, ad vocandum Cretenses mendaces, fuisse, ad Cretenses Jovem non in caelo vivere, sed in tibi ubi rex fuerat, mortuum et sepultum crearent, ejusque sepulcro inscripissent: *Hic jacet Jupiter*. Hinc eos arguit Epimenides et Callimachus quod deos et divina non sentiant: « Sepulcrum, inquit, tuum, o Jupiter, fabricati sunt Cretenses, sed mentiuntur: tu enim minime obisti, sed in caelo quasi Deus immortalis semper vivis. »

Dices, hic poeta errant et mentiuntur, quomodo ergo de eorum dicto ait Apostolus: « Testimonium hoc verum est? » Respondent S. Hieronymus et Chrysostomus, Apostolum non probare illam opinionem de Jovis divinitate, ejus occasione hoc dixit Epimenides; sed tantum rem ipsam, scilicet quod Cretenses sint mendaces, scilicet ob ingentiam mentienti et fallendi proclivitatem:

hoc autem verum est. Unde Erasmus initio *Chalidum* ita cuilibet genti sua vitia proverbio assignans ait: « Pono perfidior, Scythia asperior, Scythotauris inospitalior, Parthis vanior, Thracibus hibacior, Sybarita fastuosior, Milesis effeminatior, Arahe ditior, Arcade stolidior, Care vilior, Cretensi mendacior. »

Secundo, vocat Cretenses *malas bestias*, graeco *θηρία*, id est feras, quales sunt lupi, apri, tigrides; quia ferinis erant moribus, et ferarum ritu sanguinem sibeant deceptorum, inquit Hieronymus et Anselmus; multoque magis quasi in animas grassabantur, dum eas ob lucrum falsa docebant et persuadebant, itaque in ruinam et perditionem pertrahabant, ut patet vers. 14. Hinc illud Graecorum adagium *κρηά κάρνα κάρνα*, id est, tria pessima cappa, scilicet tres gentes a cappa incipientes pessimae, puta Cilices, Cretenses, Cappadoces. Cappadoces enim, quod a Gabaonitis prognati sint, mendaces et perversos esse docet Isidorus Pelusiota, *epist.* 282.

Tertio, Cretenses vocat *ventres pigros*, id est qui non nisi ventri suburrando, et pingui aquilulo infarciendo student instar sum, et quasi porcorum pigra propago, de quibus Lucilius:

Vivite luronces, comedones, vivite ventres.

Plato, lib. IV *De Legibus*, solerter advertit et notat urbes et regiones maritimas (qualis est Creta insula) solere male esse moratas, causa: quae dat: « Nam cum mercibus, inquit, et pecuniis caupinando talis civitas repletur, dolosos animos, instabiles et infidos mores parit: unde parum ipsa ad seipsam, et minus ad alias gentes fidem et amicitiam stabilem colit. » Unde illud vulgo jactatum: « Omnes insulari mali, S. autem pessimi. » Verum per Christum gratia corrigente naturam, eaque acrem edomante, efformante et dirigente, ut sibi sit eos virtutis ad heroica virtutum opera, impletum videmus illud *Isaiae*, cap. LX, vers. 3, oraculum: « Me insule expectant, et naves maris in principio, ut adducam filios tuos de longe: argentum eorum et aurum eorum cum eis, nomini Domini Dei tui, et sancto Israel, quia glorificavit te. » Et cap. XXIV, 15: « In doctrina glorificate Dominum: in insulis maris nomen Domini Dei Israel. » Et illud *Psal.* LXXI, 40: « Reges Tharsis et insulae munerum offerent. » Sane quot quantosque Ecclesiae doctores, quot fidei athletes, quot Sanctos omni virtute illustres Christo dedit Creta, Cyprus aliaque insulae?

13. QUAM OB CAUSAM INCREPA ILLOS DURE. — Graeco *ἀπείρησε*, id est praecise, ad vivum, severe, rigide. Rursum *ἀπείρησε*, hoc est abscondendo et ejiciendo eos ex Ecclesia, si moniti nolint vitia corrigere, ait Turrianus, in lib. II *Clementis Constit. Apost.*, cap. XLII, in indice.

14. UT SANI SINT IN FIDE, NON INTENDENTES JUDICIS FABULIS, ET MANDATIS HOMINUM, AVERSANTIIUM SE

A VERITATE. — Græce ἀπεργασθῆναι τὴν ἀλήθειαν, id est aversantium veritatem.

Nota: Apostolus hic taxat mandata hominum, non omnium (sic enim mandata omnium regum et principum elideret), sed eorum qui aversantur veritatem, et pro veritate fabulas substitunt, maxime judaicas, puta de servandis legis ceremoniis, ac præsertim de servando ciborum delectu, ne quis carne suilla, leporina, aliave, quam lex Levit. xi, quasi immundam vetat, vescatur. Hoc enim verbis sequentibus innuit Apostolus, cum subdit: « Omnia munda mundis. » Ita S. Hieronymus, Chrysostomus et alii.

Ubi nota secundo, non mirum esse, quod in Creta vigerint hæc Judaica fabule et observantia ciborum, ac judaismus, quia magna per maris viciniam communio erat Judæorum cum Cretensibus; adeoque Judæos nobiles in Creta habitare solitos testis est Iosephus in sua Vita, ubi hæc de causa se uxorem ex Creta accepisse narrat. Immo inde falsus est Cornelius Tacitus, lib. XXI, cum Judæos e Creta descendisse, dictosque Judæos quasi Ideos ab Ida monte, qui est in Creta, asseverat.

Vers. 15.  
Lutheri  
impia  
conclu-  
sio.

15. OMNIA MUNDA MUNDIS. — Inferi Lutherus: Ergo fornicatio quoque munda est mundis, puta fidelibus. Sicut enim, inquit, nihil justificat nisi fides, ita nihil conquinat nisi infidelitas. Sed apage monstrum: isti munda sit fornicatio, furtum, sacrilegium, homicidium omnisque iniquitas, perinde ut porco munda ac in deliciis sunt fæces, sordes omnisque immunditia.

Error de  
ciborum  
delectu,  
Judæo-  
rum,  
Masi-  
chæo-  
rum,  
Marcio-  
nitaram.

Sensus  
Apostoli  
verus.  
Omnia  
munda  
mundis.

Dico ergo Apostolum loqui de delectu ciborum, quem Judaizantes inducebant. De iis enim eorumque fabulis hic agi patet ex vers. 10, 11 et 14; nam Judaizantium nonnulli dicebant cibos aliquos esse natura sua immundos, uti postea eos secuti docuerunt Manichei et Marcionite: alii vero dicebant cibos quosdam esse immundos et Christianis vitandos, non in se, sed propter legem Mosis, Levit. xi, eos vetantem. Hos refutat hic Apostolus dicens: « Omnia munda mundis, » q. d. Christianis, qui sanguine Christi in baptismo mundati sunt, nullus cibus, nullum animal, nulla res, vel natura sua, vel propter legem Mosis, habenda est immunda; sed omnia eis sunt munda, ut omnibus vesci et uti sine scrupulo possint. Hunc esse sensum patet primo, quia, ut dixi, agit contra Judaizantes; secundo, quia ita se explicat I Timoth. iv, 3, cuius hæc epistola ad Titum est quasi compendium; tertio, quia ita interpretantur Chrysostomus, Hieronymus, Theodoretus, Ambrosius, Vatablus, Erasmus et alii passim. Unde S. Augustinus, lib. XXXI Contra Faust., cap. iv: « Omnia, inquit, munda mundis, quia servi Dei in eo quod carnis et vino abstinere, non tantquam res immundas refugiant, sed mundioris vite instituta sectantur. »

Hic ergo locus Apostoli nihil facit contra jejunia ab Ecclesia indicta, quæ non ob ciborum im-

munditiam, sed ad temperantiam, carnis castigationem et obedientiam excedendam, ad Deum placendam, ad melius vacandum orationi, et ad alios sanctos fines inducuntur. Sic enim Apostoli Actor. xv, præceperunt abstinentiam a sanguine et suffocato. Et Paulus I Corinth. x, 21, vetat esum idolothytorum. Sic Deus vetuit Adamo esum pomi, non aliam ob causam, quam ad probandam et exereendam ejus obedientiam. Hanc Apostoli sententiam magnus ille Spiridion, Trimituntis in Cypro Episcopus, vir admodum hospitalis et benignus, apposite adaptavit cuidam hospiti suo, ut narrat Sozomenus, lib. I Histor., cap. xi: « Cum jam, inquit, instaret Quadragesima, ex itinere forte quidam venit ad eum (Spiridionem) illis ipsis diebus, in quibus una cum suis jejunia peragere consueverat, et ad statutum diem cibum degustare, cum diebus interpositis sine cibo omnino remansisset; eumque Spiridion videret hospitem valde de via fessum, nec haberet in domo sua panem, aut quidquam aliud, petita a Deo venia, carnes suillas quas solas domi habebat, coqui jussit, hospitique apponi ac de carnibus ipse primo comedere cepit, hortando hospitem ut se imitaretur; qui cum illud facere recusaret, diceretque se esse Christianum: Hanc ob causam, inquit Spiridion, minus recusare deberes. Nam omnia munda mundis, sacre litteræ pronuntiant. » Ubi advertit, hoc exemplum non facere contra jejunia Ecclesie, quasi hospite adveniente, ea solvere et violare liceat. Nam imprimis non erat tum jejunium ab Ecclesia præceptum; non enim dicit: Cum esset, sed: Cum instaret Quadragesima; ergo non præceptum, sed voluntarium erat hoc jejunium. Idem insinuat, cum ait fuisse dies in quibus ipse cum suis jejunare consueverat, et ad eum usque diem nihil omnino degustare. Erat ergo hoc jejunium non præcepti, sed suæ consuetudinis: nec enim Ecclesiasticum jejunium præcipit talem abstinentiam, in qua nihil omnino gustare licet.

Dices: Cur ergo comesturus carnes a Deo venia petit, et cur hospes carnes detrectavit, dicens se Christianum esse? Respondeo: Quia tum consuetudo videtur fuisse apud Christianos, ut ante Quadragesimam, a Dominica Quinquagesime carnibus abstinere. Ita enim constituit Telesphorus Pontifex, ut scilicet a Dominica Quinquagesime jejunium inchoaretur; verum ejus constituto pro lege recepta non fuit, sed tamen a multis in consuetudinem deducta; perinde ut etiamnum multi Religiosi ab illa Dominica vel jejunium, vel abstinentiam a carnibus inchoant; hanc piam consuetudinem noluit hospes ille infringere, nec etiam Spiridion nisi petita a Deo venia.

Adde secundo, etiamsi hæc consuetudo vim aliquam obligandi habuisset, fuissetque pro lege recepta, tamen hospes ille valde fessus erat, nec Spiridion aliud habebat quam carnes, quas illi

esse  
quæ  
facilitas  
ta, et  
eorum  
necessitas.

Quædam  
contra  
jejunia  
abstinere  
debetur.

Jeju-  
nium a  
Dominica  
Quinquagesime  
an sit  
præceptum?

apponeret. Putavit ergo Spiridion totus in charitatem et hospites effusus, tali necessitate consuetudinem illam non obligare, satiusque esse, si pro jejunio, charitati et hospitalitati satisfaceret, carnesque hospiti apponeret, utque cum alliceret, ipse esu prægrastavit, putans ex charitate id sibi licere tali casu, uti putavit et Hosius Cardinalis in Confessione Polonica, cap. xci, pag. 188. Forte etiam sensit id quod sensit Cassianus, collat. 21, cap. xxix, scilicet viros perfectos, et eos qui toties sponte sua jejunant, non teneri ita rigide ad jejunia ab Ecclesia indicta, quia alias abunde ea supplent. Denique exempla Sanctorum admiranda sunt, at non semper imitando. Nam certum est jejunia præcepta preferenda esse voluntariis, præque illis observanda esse.

Mylicæ et spiritualiter abbas Præmensis per mundos accipit humiles. Cum enim quidam eum rogaret: « Quid est, pater, quod Apostolus dicit, Omnia munda mundis? » Respondit: « Si quis ad hunc sermonem pervenire potuerit, ut eum intelligat, videbit se minorem esse totius creature. Cui frater: Et quomodo me possum videre minorem ab eo qui homicida est? Respondit senex: Si poterit homo ad sermonem hunc Apostoli pervenire, et viderit hominem qui forte alium occiderit, dicit in semetipso: Ille quidem hoc solum peccatum fecit, ego autem omni hora homicidium committo, meipsum interficiens. » Et cum frater requireret, quomodo hoc posset fieri, respondit senex: « Hæc sola hominis justitia est, ut semper semetipsum reprehendat: et tunc justificabitur, cum sua peccata condemnat. » Ita habetur in Vitis Patr., lib. VII, cap. xv.

COINQUINATIS AUTEM ET INFIDELIBUS NIHIL EST UNDUM, SED INQUINATI SUNT EORUM ET MENS ET CONSCIENTIA. — Aliqui hinc inferunt omnia infidelium opera esse peccata; sed hic est error, nec eo velle Apostolum mox patebit.

Secundo, S. Thomas et Cajetanus explicant hæc verba in sensu formali, hoc modo: infidelibus, quia talibus, seu quatenus comedunt, aut faciunt quippiam ex infidelitate, nihil est mundum. Sed hic sensus nisi ulterius explicetur et applicetur, nihil facit ad rem et mentem Apostoli.

Dico ergo tertio, sensus genuinus est hic: sicut mundus, id est Christianis, omnia, id est omnes cibi lege vetiti sunt mundi: ita e contrario Judaizantium et infidelibus nihil, id est nullus cibus est mundus; quia hi superstitiose et nullis eibus vel heretica mente et conscientia, cibis omnibus vel abstinent, vel vescuntur. Putant enim superstitiose legem veterem adhuc obligare etiam Christianos, et secundum illam discernendos esse cibos, ut lege vetitis abstinere teneantur, lege vero permissis vesci possint. Ita Patres omnes citati, et S. Augustinus, lib. XXXI Contra Faustum, cap. iv: « Infidelis, inquit, sive comedit, sive abstineat, non sancte vel juste comedit vel abstinet, quia prava opinione utrumque facit. »

Possent quarto, esse hebraismus, ut verbum neutrum in ea capiatur pro activo in *hiphal*, q. d. infidelibus nihil est mundum, id est, nullus cibus eos munda a sua infidelitate et sceleribus; uti e contrario alios mundos, qui bone sunt conscientia, nihil, id est, nullus cibus aut natura sua, aut lege veteri immundus est, qui eos sordidat aut contaminat; nullus est, qui eis immunditiam aliquam sive corporalem sive legalem aspergat, uti olim cibi lege Mosis vetiti immunditiam quamdam legalem Judæis aspergebant. Huic expositioni favet antithesis, quam subdit Apostolus dicens: « Sed inquinatus sunt eorum et mens et conscientia, » q. d. Ideo nullus cibus eis est mundus, id est eos emundare potest, quia inquinata est et mens eorum mens et conscientia, ad quam cibus corporalis penetrare, eamque explicare non potest. Licet et juxta priorem sensum commode exponi possit hæc antithesis, quasi det causam cur infidelibus nullus cibus sit mundus, sed potius omnis eis sit immundus: quia scilicet omni cibo utuntur vel abstinent ex infideli et perversa conscientia, qua volunt legi Mosis, æque ac Christi se subdere, et utramque amplecti: itaque faciunt contra legem Christi, et contra libertatem Evangelicam, quæ docet legem Mosis esse abolitam, nulloque modo miscendam esse Christianismo; ac consequenter quædam in hæc mente perseverant, ex eoque cibos comedunt, non vel comedunt, semper et in omni actu peccant, sequæ contaminant infidelitate et judaismo.

Cur infidelibus nullus cibus mundus.

16. CONFITENTUR (id est profiterentur) SE NON SE DEUM, FACTIS AUTEM NEGANT: CUM SINT ABOMINATI, ET INCREDIBILES, ET AD OMNE OPUS BONUM REPROBI. — Pro abominati græce est βδωκεται, id est abominabiles, et, ut Hieronymus vertit, *eccelestes*, scilicet vita et moribus.

Secundo, pro incredibiles græce est ἀπίστων, id est increduli; Hieronymus vertit, *inobedientes*; alii, *intractabiles*; Syrus, *impersuadibiles*, quibus scilicet nulla ratione veritas, puritas et libertas christianismi persuaderi potest. Hoc enim proprie significat *ἀπίστων*, ut dixi Ephes. ii, 2.

Tertio, « reprobi, » id est improbi, aversi, inepti ad opus bonum, idque ob suam malignitatem, qua sua libera et improba voluntate, in sua infidelitate et impia via obdura repudiant et reproband omne opus bonum, id est pleræque bona opera. Est hyperbole, q. b. Hi Judaizantes projecti sunt in omnia scelera. Hæc enim secum affert heresis, judaismus et infidelitas: hinc tamen non sequitur, quin hæretici et infideles quadam saltem opera moraliter bona facere possint, et subinde faciant; nam confitentur Deum: hoc autem est opus bonum; est enim opus fidei ejusque professionis.

Nota: Alludit Apostolus ad Job xv, 16, ubi dicitur: « Quanto magis abominabilis et inutilis homo, qui bibit quasi aquam iniquitatem? » Pro *mutilis* hebraice est נעלם *neelach*, id est repro-





in tantum furti suspicio ab omni libero debet esse aliena. » Ultime hisce verbis causam innuit Apostolus cur tam studioso servis invigilare velit Episcopum. Solent enim servi illiberali, duro et difficili esse ingenio, quod corrigit gratia et fides Christiana, servosque efficit ingeniosos, tractabiles, obsequentes. Itaque servi Christiani, si moribus honestis et comendis a Gentilibus se distare ostendant, apud Ethnicos valde commendabunt et ornabant legem Christi : et hoc est quod hic intendit Apostolus. Ita Chrysostomus.

*Secundo*, hac ratione servi amolentur a Christianismo calumniam tunc pervulgatam, scilicet Christianos jactare per Christum se effectos esse liberos, adeoque servos, si fiant Christiani, servitute et dominio herorum suorum eximi; hoc repellent servi, si se magis jam, quam ante baptismum dominis suis obnoxios agnoscant, et morigeros exhibent.

*Tertio*, moraliter monet Chrysostomus Episcopum etiam pauperum et vilium personarum curam suscipere debere, quales sunt servi et mancipia, quorum mores, educatio et instructio fere ab heris negliguntur, quippe ab eis non raro perinde ut bruta tractantur.

41. APPARUIT ENIM GRATIA DEI SALVATORIS NOSTRI OMNIBUS HOMINIBUS, 12. ERUDIENS NOS, UT ABNEGANTES IMPIETATEM ET SECULARIA DESIDERIA, SOBRIE, ET JUSTE, ET PIE VIVAMUS IN HOC SECCULO, 13. EXPECTANTES BEATAM SPERM, ET ADVENTUM GLORIE MAGNI DEI, ET SALVATORIS NOSTRI JESU CHRISTI. — *Vox enim* dat causam praeedentium, cur scilicet prescripserit Tito quid senes, quid anus, quid adolescentulus, quid juvenes, quid servos docere debeat. Causa est haec, quod pro iis omnibus, adeoque pro vilissimis servis natus sit Christus, ut quemlibet erudiret pro suo statu pie et sancte vivere. Ita S. Hieronymus, Chrysostomus et alii.

*Nota primo* : Pro apparuit graece est *εμφανισθη*, id est, ut Hieronymus vertit, *illuxit* scilicet subito, et sicut sol et insperato, quasi sol radians et salutariter; cum scilicet homines sedentes in tenebris et umbra mortis nullam talem gratiam et salutem sperarent, imo de ea desperarent, repente illa illuxit, non solum Judaeis, sed « omnibus hominibus, » tam viris quam feminis, tam juvenibus quam senibus, tam Graecis quam Indis et Barbaris, tam dominis quam servis, ut omnes omnino sciant se ad Christi gratiam et regnum vocatos esse, ac consequenter sua sancta et Christiana vita Christi legem ornare debere, uti praecessit. Ita Theophylactus. Quomodo Deus sit lux et sol, quantum est ex se, omnes illuminans, nisi quis ostium et fenestras cordis sui claudat, docet S. Dionysius, *De Divinis Nom.*, part. IV, cap. IV, et Hilarius, in *Psal.* cxviii, litt. Caph.

*Secundo*, pro *Salvatoris Nostri*, noster Interpres in Graeco legisse videtur *σωτηρας*, jam legitur *σωτηρα*, id est, illa salutaris gratia, quae omnibus salutem affert, apparuit. Gratia haec est remissio

peccatorum, inquit Theophylactus. *Secundo*, est gratia baptismi, inquit Anselmus. Sed haec ardua sunt. Gratia ergo haec est misericordia et benevolentia Dei omnibus hominibus exhibita in incarnatione Christi; sive gratia haec est ipsa incarnatio Verbi gratuita. aut ipse Deus Salvator gratuite incarnatus, affertis nobis reconciliationem, remissionem peccatorum, omnemque gratiam, sapientiam, doctrinam et salutem. Ita Hieronymus.

*Tertio*, pro *erudiens* graece est *παιδευων*, id est, tanquam pueros rudes erudiens, corrigens, formans, omnique disciplina insititens et imbuens, perinde ut pedagogus puerum sibi commissum, tam in litteris quam in moribus efformat et instituit : hoc enim est *παιδευων*, inquit Gellius, lib. XIII, cap. XIII.

*Quarto*, haec gratia Christi, id est Christus ipse, erudit nos abnegare, *primo*, « impietatem, » id est, incredulitatem, qua Deum nec credebamus, nec colebamus, inquit S. Bernardus, *sermone* 11 inter parvos. *Secundo*, docet nos abnegare a secularia desideria, » graece *καταλιπον*, id est, mundanas concupiscentias, hoc est, cupiditates omnes carnis, opum, honoris et gloriae; sive, ut ait Bernardus loco citato, concupiscentiam carnis, concupiscentiam oculorum et superbiae vite, quae trahunt et inclinant ad amorem saeculi, quas mundus hinc offert, quasque mundani homines concupiscunt et avidissime consecuntur. Has abnegamus, cum eis consensum negamus, cum delectationem quam suggerunt, et actum ad quem sollicitant, abnuimus, imo ex mente et animo radice vitellimus et extirpamus.

*Toties*, inquit Hieronymus, negamus nos, quoties priora vitia calcantes, desinimus esse quod fuimus, et incipimus esse quod ante non fuimus; » ut qui prius superbus, ebriosus, obscenus, iracundus, furax fuit, abnegat se, si incipiat esse humilis, sobrius, castus, mansuetus, inquit sorte contentus. « *Vivamus* est ita, inquit Ambrosius, lib. II *De Penit.*, cap. xix, ut huic mortali moriamur usui, seipsum sibi homo abneget et totus mutetur : sicut quemdam adolescentem fabule ferunt, post amores meretricios peregre profectum, abolito amore regressum, veteri occurrisse dilecte; quae se non esse eundem qui fuerat, sed in alium esse mutatam.

Quare S. Laurentius Justinianus, primus Patriarcha Venetorum, lib. *De Interiori conflictu*, cap. viii : « Omnis, inquit, disciplina Christianae professionis, non in miraculis faciendis, non in futura praedicando, non in eloquio composito, Scripturarum explanatione; sed in rescandens concupiscentis commendatur, » ut scilicet abnegemus secularia desideria.

Usum vero et fructum hujus abnegationis egregie docuit B. Egidius hisce suis paradoxis : « Si vis, inquit, bene videre, erue oculos tuos, et esto caecus; si vis bene audire, esto surdus; si bene loqui, esto mutus; si bene ambulare, absconde tibi pedes; si bene operari, mutila tibi manus; si bene amare, habes te odio; si vis bene vivere, te mortifica; si bene lucrari, disce perdere; si vis esse dives, esto pauper; si vis esse in deliciis, afflige te; si vis esse securus, esto semper in timore; si vis exaltari, humilia; te si vis honorari, despice te, et honora te despicientes; si vis habere bonum, sustine te despicientes; si vis in quiete, labora; si vis benedici, desidera maledici. O quam magna sapientia, scire haec facere! et quia magna sunt, non omnibus data sunt. »

Advertit Chrysostomus multos esse qui se et sua vitia negare incipiunt; sed paucos esse qui abneget, id est, negare pergant et negando exsurgent. Seneca, *epist.* 72, optando dicebat : « Quando contingeret omnibus oppressis affectibus, et sub arbitrium adductis, hanc vocem emittere : Vici? O beatum, qui sub jugum ductis cupiditatibus, triumphans dicere poterit : « Vici! »

Unde sequitur *quinto* : « Ut sobrie, et juste, et pie vivamus. » Sobrie scilicet erga nos, juste erga proximum, pie erga Deum, inquit S. Bernardus, loco citato. Unde Syrus vertit, *ut vivamus cum castitate, justitia et reverentia Dei*. Graecum enim *σωφρονας*, tam *publice* et *caste* cum S. Hieronymo et Syro, quam *sobrie*, verit potest.

*Sexto*, finem, scopum et premium hujus abnegationis, sobriaeque, patet ac justae vitae addit Apostolus dicens : « Expectantes beatam (Syrus *bericham*, id est benedictam) spem et adventum (εμφανισθη, id est illustrationem sive illustrem adventum et apparitionem) gloriae (id est gloriosum, splendidum, augustum) magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi. » Ubi advertet, « beatam spem » per hypallagen significare speratam beatitudinem : spes enim ponitur pro re sperata. « Beata » vero dicitur, non passiva, sed activa, id est, quae nos beat et beatos facit, quae est ipsa beatitudo nostra. Pulchre S. Hieronymus : « Sicut impietas, inquit, magni Dei reformidat adventum, ita securia de opere suo pictas illum praestolatur. »

*Septimo*, Erasmus pro Ariano more suo pugnant, per « magnum Deum » intelligit Patrem; per « Salvatorem » vero Filium. Verum non Patrem, sed Filium utrobique hic intelligi patet ex eo, quod non Pater, sed Filius cum magna luce et majestate venturus sit ad judicium, ut fideles suos premiet et remuneret. Ita S. Hieronymus, Theodoretus, Chrysostomus, Theophylactus et alii. *Secundo*, idem patet ex eo, quod unus idemque Graecus articulus utrumque nomen, scilicet, tam « magni Dei, » quam « Salvatoris » respiciat et copule percopulam et : dicit enim Apostolus sic, *το μεγαλον θεον και σωτηρα*. Quod si alium intellexisset Salvatorem quam magnum Deum, addidisset

grege docuit B. Egidius hisce suis paradoxis : « Si vis, inquit, bene videre, erue oculos tuos, et esto caecus; si vis bene audire, esto surdus; si bene loqui, esto mutus; si bene ambulare, absconde tibi pedes; si bene operari, mutila tibi manus; si bene amare, habes te odio; si vis bene vivere, te mortifica; si bene lucrari, disce perdere; si vis esse dives, esto pauper; si vis esse in deliciis, afflige te; si vis esse securus, esto semper in timore; si vis exaltari, humilia; te si vis honorari, despice te, et honora te despicientes; si vis habere bonum, sustine te despicientes; si vis in quiete, labora; si vis benedici, desidera maledici. O quam magna sapientia, scire haec facere! et quia magna sunt, non omnibus data sunt. »

Advertit Chrysostomus multos esse qui se et sua vitia negare incipiunt; sed paucos esse qui abneget, id est, negare pergant et negando exsurgent. Seneca, *epist.* 72, optando dicebat : « Quando contingeret omnibus oppressis affectibus, et sub arbitrium adductis, hanc vocem emittere : Vici? O beatum, qui sub jugum ductis cupiditatibus, triumphans dicere poterit : « Vici! »

Unde sequitur *quinto* : « Ut sobrie, et juste, et pie vivamus. » Sobrie scilicet erga nos, juste erga proximum, pie erga Deum, inquit S. Bernardus, loco citato. Unde Syrus vertit, *ut vivamus cum castitate, justitia et reverentia Dei*. Graecum enim *σωφρονας*, tam *publice* et *caste* cum S. Hieronymo et Syro, quam *sobrie*, verit potest.

*Sexto*, finem, scopum et premium hujus abnegationis, sobriaeque, patet ac justae vitae addit Apostolus dicens : « Expectantes beatam (Syrus *bericham*, id est benedictam) spem et adventum (εμφανισθη, id est illustrationem sive illustrem adventum et apparitionem) gloriae (id est gloriosum, splendidum, augustum) magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi. » Ubi advertet, « beatam spem » per hypallagen significare speratam beatitudinem : spes enim ponitur pro re sperata. « Beata » vero dicitur, non passiva, sed activa, id est, quae nos beat et beatos facit, quae est ipsa beatitudo nostra. Pulchre S. Hieronymus : « Sicut impietas, inquit, magni Dei reformidat adventum, ita securia de opere suo pictas illum praestolatur. »

*Septimo*, Erasmus pro Ariano more suo pugnant, per « magnum Deum » intelligit Patrem; per « Salvatorem » vero Filium. Verum non Patrem, sed Filium utrobique hic intelligi patet ex eo, quod non Pater, sed Filius cum magna luce et majestate venturus sit ad judicium, ut fideles suos premiet et remuneret. Ita S. Hieronymus, Theodoretus, Chrysostomus, Theophylactus et alii. *Secundo*, idem patet ex eo, quod unus idemque Graecus articulus utrumque nomen, scilicet, tam « magni Dei, » quam « Salvatoris » respiciat et copule percopulam et : dicit enim Apostolus sic, *το μεγαλον θεον και σωτηρα*. Quod si alium intellexisset Salvatorem quam magnum Deum, addidisset

« Ut sobrie, et juste, et pie vivamus. » Sobrie scilicet erga nos, juste erga proximum, pie erga Deum, inquit S. Bernardus, loco citato. Unde Syrus vertit, *ut vivamus cum castitate, justitia et reverentia Dei*. Graecum enim *σωφρονας*, tam *publice* et *caste* cum S. Hieronymo et Syro, quam *sobrie*, verit potest.

*Sexto*, finem, scopum et premium hujus abnegationis, sobriaeque, patet ac justae vitae addit Apostolus dicens : « Expectantes beatam (Syrus *bericham*, id est benedictam) spem et adventum (εμφανισθη, id est illustrationem sive illustrem adventum et apparitionem) gloriae (id est gloriosum, splendidum, augustum) magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi. » Ubi advertet, « beatam spem » per hypallagen significare speratam beatitudinem : spes enim ponitur pro re sperata. « Beata » vero dicitur, non passiva, sed activa, id est, quae nos beat et beatos facit, quae est ipsa beatitudo nostra. Pulchre S. Hieronymus : « Sicut impietas, inquit, magni Dei reformidat adventum, ita securia de opere suo pictas illum praestolatur. »

*Septimo*, Erasmus pro Ariano more suo pugnant, per « magnum Deum » intelligit Patrem; per « Salvatorem » vero Filium. Verum non Patrem, sed Filium utrobique hic intelligi patet ex eo, quod non Pater, sed Filius cum magna luce et majestate venturus sit ad judicium, ut fideles suos premiet et remuneret. Ita S. Hieronymus, Theodoretus, Chrysostomus, Theophylactus et alii. *Secundo*, idem patet ex eo, quod unus idemque Graecus articulus utrumque nomen, scilicet, tam « magni Dei, » quam « Salvatoris » respiciat et copule percopulam et : dicit enim Apostolus sic, *το μεγαλον θεον και σωτηρα*. Quod si alium intellexisset Salvatorem quam magnum Deum, addidisset

sane alium articulum dicens, *και τον σωτηρα*. Hinc ergo patet contra Arianos veteres et novos, sive Transylvanos, Filium Dei Jesum Christum esse verum magnumque Deum.

14. QUI DEDIT SEMETIPSUM PRO NOBIS, UT NOS REDIMERET AB OMNI INQUITATE, ET MUNDARET SIBI POPULUM ACCEPTABILEM, SECTATOREM BONORUM OPERUM. — Explicat hisce verbis Apostolus quomodo et quare Christus sit Salvator noster, quia scilicet cum esset magnus Deus, dignatus est fieri parvus in humanitate, in eaque seipsum dare pro nobis.

*Nota* : Christus a Patre dicitur traditus, quia Pater Christum obicit Judaeis; dicitur et a Juda traditus, id est, proditus Judaeis, qui rursum eum tradiderunt dammandum Pilato, ac vicissim Pilatus tradidit eum occidentum et crucifigendum militibus et tortoribus. Hic vero dicitur Christus seipsum tradidisse, sive dedisse pro nobis, quia sponte sua obtulit se Judaeis et morti, et quia se suamque vitam, crucem et mortem Patri obtulit in pretium redemptionis nostrae, ut scilicet nos e captivitate diaboli, mortis et inferni, persoluto pro nobis lytro, dando scilicet sanguinem suum et vitam pro sanguine et vita nostra, eriperet. Hoc enim significat Graecum *παροδωκεν*.

*Nota secundo* : « Populum acceptabilem » vocat peculiariter electum et dilectum a Deo : alludit enim Paulus ad *Exodi* xix, 5, ubi Dominus iniens caelum cum Judaeis, equosque sibi in populum, in Ecclesiam, imo in filios adsciscens et adoptans ait : « Erilis mihi in peculum de cunctis populis. » Ubi pro *peculum* hebraice est *כנהל* *segulla*, quod significat peculum selectum, et thesaurus pretiosiores, magisque charos ac dilectos, inquit Hieronymus, quales sunt torques, gemmae et bullae collo pendentes. Unde Chaldaeus vertit, *מבית חבובית*, id est charissima; et Symmachus vertit, *επιπροτιον*, id est selectum, egregium, eximium; Syrus vertit *דורתא* *chadta*, id est novum populum; alii vertunt, *populum proprietatis*, id est, proprium et peculiarem; Aquila, *quinta editio*, et Septuaginta quos sequitur hic Paulus, vertunt *επιπροτιον*, quasi dicant, id quod ex opibus et substantia eminent et reconditur instar rari, singularis et pretiosius thesauri : *επι* enim subinde eminentiam et excellentiam, *προτιον* vero essentiam et substantiam significat, *q. d.* Christus nos redemit, mundavit sibi quae adscivit in populum selectum, eximium, pretiosum, proprium, rarum et charum, ut scilicet simus haereticis et peculium, imo cimelia et thesaurus pretiosissimus et charissimus Christo. Vide quanti apud Christum sit Ecclesia, omnesque Christiani, quantumque vicissim Christum redamare et colere debeamus.

*Nota tertio* : Pro *sectatorem* graece est *τελειωτην*, id est zelatorem, et, ut Hieronymus vertit, *emulato-rem*, « bonorum operum, » ut scilicet, inquit Chrysostomus, non tantum faciamus bona opera, sed ea zelemur, ac fervide et alacriter ad ea procuramus, perinde ut rivales, qui unam

Illustratus hic Paulus et verit edidit hic, Hebraea, Chaldaea, Syra, Graeca, etc.

Primum vitia justae ac sobriae.

In quo consistit abnegatio secularium.

sponsam ambiunt, ingenti amore et zelo ad eam assidue feruntur et procurant.

13. HEC LOQUERE, ET EXHORTARE, ET ARGUE CUM OMNI IMPERO. — « Hec, » scilicet, que dixi de Christi adventu et redemptione loquere. Rursum « hæc, » que dixi de redemptionis Christi fine et scopo, ut scilicet sectetur bona opera sobrio, iuste et pie vivendo, hæc, inquam, exhortare: et si qui hortationi suavi non parent, uti sunt tui duri Cretenses, « argue » eos « cum omni imperio, » plena potestate et auctoritate, tanquam Archiepiscopus, cui demandata est auctoritas, ius et munus regendi docendique populum tibi subditum. Sic Christus dicitur *Math. vii, 29*, docuisse tanquam potestatem, id est auctoritatem, habens. Non ergo vult Titum imperiose agere, sed imperio et potestate sua uti in arguendo et compscendo eos, qui rebelles aut cerviciosi sunt: tales enim non ignave, remisse ac timide, sed cum libertate, gravitate ac acrimonia increpandi sint; atque, ut aiebat Melania apud Palladium in *Lautiana*, cap. *xvii*: « Oportet adversus stolidos tanquam cane et accipitre uti animi elatione, eamque tempore superbie eorum in ipsos immittere. »

Notat S. Thomas *lic. et Gregorius*, hom. *11 in Ezechielem*, Paulum inonere Titum, ut cum imperio arguat, eo quod Titus natura sua esset mitior; hac vero de re non monuisse Timotheum, eo quod ipse satis acrimoniae et bilis haberet a natura. Verum melius, et verius forte, causam huius rei conferemus in ipsos auditores et subditos, qui dispari erant ingenio. Cretenses enim naturaliter erant duri, perversi et perversi; unde le eis dicit Apostolus, cap. *i, vers. 12*: « Cretenses semper mendaces, male bestie, ventres pigri. » Hiscæ præerat Titus, unde iubet illi Apostolus, ut eos arguat cum imperio. Timotheus vero præerat Ephesius, qui docili et facili erant ingenio, ut colligitur ex *Actor. xx, 37*, et ex Ignatio, epist. *ad Ephesios*, in qua Ephesiorum Ecclesiam vocat castissimam, celebrem, laudabilem, sequæ valde optare dicit, ut in sorte Ephesiorum Christianorum inveniat, qui cum apostolis Paulo.

Quomodo arguendi ab Episcopo vice?

Cur Paulus monuit Titum, ut cum imperio arguat, et non Timotheum?

Joanne et Timotheo fidelissimo versati sunt: hisce ergo imperio non erat opus.

NEMO TE CONTEMNAT. — Græce *μηδεις σου περιφρονει*, quod Chrysostomus cum suis ita exponit: Ita te gere, ita sancte vive, o Tite, ut nemo te contemnere audeat. « Auctoritatem enim doctrinæ vita facit, » inquit Primasius. Verum magis apte et connexe S. Hieronymus vertit, *nemo te despiciat*, quasi infra se positum, q. d. Tuere auctoritatem tuam, argue cum omni imperio, ostende potestatem tuam, ne quis te deprimere et quasi se inferiorem despiciere audeat. Narrat Spartianus, quod, cum milites *Perizianum*, Severi Imperatoris filium Augustum consulatissent, Severus in duces omnes facti auctores animadverti iusserit; qui cum prostrati veniam rogarent, Severus manu caput contingens: « Tandem, inquit, sentitis caput imperare, non pedes. » Pari modo contemni se non patiarur Prælati; hoc enim significat *μηδεις σου περιφρονει*. Sic enim subinde notabiles, præsertim si præsint et regant, præ se despiciunt Episcopos, suasque leges eorum legibus anteponunt. Nam ad Timotheum scribens *epist. i, cap. iv, vers. 12*, cum ait: « Nemo adolescentiam tuam contemnat, » græce non est *μηδεις σου περιφρονει*, quod in genere contemnere significat. Vult enim Timotheum, ne ob adolescentiam apud suos perdat auctoritatem, eandem sibi morum gravitate et sanctitate conciliare, ut nemo eum licet juvenem, docentem et moventem contemnere audeat; hic vero Titum grandævum, satis gravem et maturum monet, ne sinat se a thrasionibus despici, eosque super se attolli: hoc enim significat *μηδεις σου περιφρονει*. Pulchre et sapienter S. Bernardus Eugenium Pontificem monet, in fine lib. *IV De Consider.*, dicens: « Ubi malitiæ juncta potentia est, aliquid tibi supra hominem presumpsit, vultus tuus super facientes mala. Timeat spiritum ire tue, qui hominem non veretur, gladium non formidat; timeat orationem, qui admonitionem contempsit. Cui irasceris tu, deum sibi iratum, non hominem putes; qui te non audierit, crediturum Deum contra se velle. »

Episcopi non debent se sui discipuli a nobilibus.

## CAPUT TERTIUM.

## SYNOPSIS CAPITIS.

Docet Christianos magistratibus etiam Ethnicis debere esse obediētes, modestos item et mansuetos.

Hinc secundo, vers. 4, inculcat gratiam Christi, qui per baptismum nos regeneravit, ut bonis operibus studeamus, imo proximis.

Tertio, vers. 10, jubet vitari hæreticos.

Denique, vers. 12, Titum, Zenam et Apollo ad se vocat, suosque salutat.

1. Admone illos principibus et potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse, 2. neminem blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos, omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines. 3. Eramus enim aliquando et nos insipientes, increduli, errantes; servientes desiderii et voluptatibus variis, in malitia et invidia agentes, odibiles, odientes invicem. 4. Cum autem benignitas et humanitas apparuit Salvatoris nostri Dei, 5. non ex operibus justitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit, per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus Sancti, 6. quem effudit in nos abunde per Jesum Christum Salvatorem nostrum: 7. ut justificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ. 8. Fidelis sermo est, et de his volo te confirmare: ut curent bonis operibus præesse qui credunt Deo. Hæc sunt bona et utilia hominibus. 9. Stultas autem quæstiones, et genealogias, et contentiones, et pugnas legis devia. Sunt enim inutiles et vana. 10. Hæreticum hominem post unam et secundam correptionem devota: 11. sciens quia subversus est, qui ejusmodi est, et delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus. 12. Cum misero ad te Artemam, aut Tychicum, festina ad me venire Nicopolim: ibi enim statui hiemare. 13. Zenam legisperitum, et Apollo sollicito præmitte, ut nihil illis desit. 14. Discant autem et nostri bonis operibus præesse ad usus necessarios, ut non sint infructuosi. 15. Salutant te qui tecum sunt omnes: saluta eos, qui nos amant in fide. Gratia Dei cum omnibus vobis. Amen.

1. ADMONE ILLOS PRINCIPIBUS ET POTESTATIBUS. — Græce *ἀγγελοι και ἑθνησιν*, id est principibus et potestatibus, hoc est, principibus et magistratibus potestatem habentibus: ponuntur enim abstracta pro concretis, ut dixi *Coloss. i, 16*.

SUBDITOS ESSE. — Postquam *singulis* hominum statibus Apostolus cap. præced. leges et monita dedit, hic communia omnibus dat; ac imprimis ut obediāt principibus et magistratibus laicis, etiam Ethnicis, tum ne eos contra Christianam religionem irritent, sed potius sua obedientia eos ad Christum pelliciant; tum ne pacem turbent. Causa cur sæpius Paulus, Petrus, imo et Christus hanc obedientiam præcipiant, est ea quam dixi *Rom. xiii, 1*, scilicet ut ostendant se non esse sectæ Galilæorum, que populum fidelem soli Deo, non autem Ethnicis subijci debere docebat: de hac enim suspecti fuerunt Apostoli, utpote Galilæi. Et hæc secta apud Judæos ita invaluit, ut nec morte quidem proposita induci poterint Judæi, ut Caesarem Dominum appellarent; imo multi

illorum, duce Eleazaro, a præside Syriæ Cyrino se censi et describi non patenterent, ne Cesari se subiectos esse profiterentur, ut refert Iosephus, lib. *VII Belli, xxviii et xxix*; sed illi et Romanis tandem publica et communi omnium conspiratione rebelantes, ad extremam usque Hierosolymæ excidium pertinacissime in sua sententia et rebellionē persistit; ideoque a Tito funditus deleti sunt.

DICTO OBEDIRE. — Græce *πρωταγγελο*, id est prompte, libenter et ex animo obedire.

AD OMNE OPUS DONUM PARATOS ESSE. — Loquitur de opere non sponte suscepto, sed a principe aut magistratu, de quo præcessit, prescripto, ut quidquid boni illi faciendum jussisset, ad id se promptos exhibeant Christiani. Si enim quippiam mali operis juberet, Christianus illi parere non potest, sed dicere debet: « Obedere oportet Deo magis quam hominibus. » Unde S. Augustinus in *Psalm. cxxiv*, loquens de Christianis militibus, qui servierunt Imperatori Juliano apostate et idololatæ: « Ubi, inquit, veniebatur ad causam

Cur Apostolus adeo inculcat obedientiam contra principes?



Christi, non agnoscebant nisi illum qui in caelo erat. Quando volebat ut idola colerent, ut thurificarent, preponebant illi Deum; quando autem dicebat: Producite aciem, ite contra illam gentem, statim obtemperabatur. Distinguebant Dominum aeternum a domino temporali, et tamen subditi erant propter Dominum aeternum etiam domino temporali. »

2. NEMINEM BLASPHEMARE. — id est, nemini maledicere, aut mala imprecari, neminem conviciari. Hoc enim est *blasphemare*. Sic I Corinth. iv, 13, dicitur, *blasphemamur*, id est maledicimur, et obsecramus. Alioqui Latinis blasphemia proprie convicium est, quod in Deum et Sanctos evomitur. Vetat Apostolus ut nemini etiam privato, sed maxime ne ulli principum aut magistratum maledicant Christiani, ut multi faciunt cum ab eis vetricibus aliisque oneribus gravantur sive iuste, sive iniuste; jubetque ut tam imperata, quam imperantes patienter ferant. Ita Paulus fecit, et hoc suum dogma suo exemplo sancivit Actor. xxiii, 3, ubi iussus ab Anania pontifice iniquo cecidi: « Percutiet te, inquit, Deus, paries dealbate. » Cumque astantes dicerent: « Summum sacerdotem Dei maledicis? » respondit: « Nesciebam, fratres, quia princeps est sacerdotum. Scriptum est enim: Principem populi tui non maledices. »

NON LITIGIOSUS. — *ἀγχιζων*, id est non pugnaeus non tam verberibus, quam verbis, ne scilicet vberigerent, et in lites ac rixas proni sint adversus superiores et magistratus, et etiam quosvis alios. Sensim enim Apostolus se et sua sensa dilatat ad omnes. Unde subdit: « Omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines. »

3. ERAMUS ENIM ET NOS ALIQUANDO INSIPIENTES, INCREDULI, ERRANTES. — Vox enim dat causam cur Christiani debeant esse mansueti ad omnes, etiam Ethnicos incredulos, perversos et scelestos, tam magistratus, quam privatos quosque. Estque hic tacita occupatio, q. d. Dicetis mihi, o Christiani, Ethnicos esse impios et scelerosos, vobisque esse duos, molestos et intolerabiles: quomodo ergo cum his lites vitare et mansueti esse poterimus? Respondet Apostolus, id pacem et mansuetudinem Christianorum non retardare, sed potius accendere debere: illos enim tam miseros omni compassione esse dignos; oportere Christianos cogitare illa esse vitia gentilitii et ignorantia Dei, se quoque tales fuisse cum inter eos gentiliter viverent: proinde agnoscant discrimen et disparitatem vitae presentis Christianae, et prioris quam egerunt in paganismo; admirentur Dei gratiam sibi praestitam, pro eaque gratias agant, ac misereantur eorum qui adhuc in tenebris et salebris gentilitii degunt; ferant eorum passiones et vitia, Deumque orant, ut et ipsi ad Christum Christianamque modestiam, mansuetudinem et sanctitatem secum aliquando convertantur (1).

(1) Plinius, amicum juniorem moens, ne filium suum

Adverit S. Hieronymus vocem nos, q. d. Ego Paulus quoque ante conversionem vixi incredulus in iudaismo, secutus sum carnis concupiscentias, nec eas cohibere valui, utpote gratia Christi destitutus; sed ea imbutus post conversionem factus sum vas electionis et virtutum.

Nota: Pro *insipientes* graece est *ἀνοητοι*, quod S. Hieronymus, *stulti*; S. Ambrosius, *inconsulti*, vertit.

*Secundo*, pro *increduli* graece est *ἀπιστοι*, id est impersuasibiles. Potest *secundo* cum Hieronymo verti, *inobedientes*, et cum Cypriano, *contumaces*.

*Tertio*, *malitia* idem est quod improbitas, perversitas, nequitia et nocendi cupidus. Inde enim homines mali vocantur perversi, qui alios verbis et factis laesunt, omnibusque sunt molesti et maligni. Ita Theophylactus. « Per peccatum, inquit Prosper, lib. De Gratia Dei, contra Collatorem, perdidit homo boni scientiam: iustitiam enim iniquitas depulit, humilitatem superbia destruxit, continentiam concupiscentia elisit, infidelitas rapuit fidem, captivitas abstulit libertatem, nec potuit illic ulla portio residere virtutum, ubi tanta irrupit turba vitiorum. »

4. CUM AUTEM BENIGNITAS ET HUMANITAS APPARUIT SALVATORIS NOSTRI DEI, NON EX OPERIBUS JUSTITIAE QUAE FECIMUS NOS. — Pro *benignitas* graece est *χρηστότης*, id est bonitas, benevolentia et beneficentia.

« Humanitas » non est idem quod humane naturae assumptio, ut explicat D. Thomas. Nam graece est *φιλανθρωπία*, id est singularis ille Dei Patris erga homines amor, studium et dilectio, et, ut S. Hieronymus vertit, clemencia: qua scilicet Deus Pater, quasi salvator, volens nos ad salutem perducere, Filium suum salvatorem nobis dedit, fratrem hominemque nobis congenerem, qui assumpta humana natura, baptismum merito et pretio sanguinis sui instituit, quo nos a pristinis vitiis et concupiscentiis ablueret et salvaret; itaque novos homines efficeret, ut ex insipientibus fieremus sapientes, ex incredulis credentes, servientes non carnis, sed spiritus desideris.

Eleganter et pie S. Bernardus, serm. 1 in festo Nativit. Domini: « Apparuerat, ait, ante potentiam in rerum creatione, apparebat sapientia in earum gubernatione; sed benignitas misericordiae nunc maxime apparuit in humanitate. » Et mox: « Appareat, Domine, bonitas, cui possit homo (qui ad imaginem tuam creatus est) conformari: nam maiestatem, potestatem, sapientiam nec imitari possumus, nec expedit emulari. Quousque angustata est misericordia tua in sola angelorum parte, reliquam occupat iudicium cum toto humano genere? Dilatet misericordia terminos suos, extendat funes, expandat sinus, attingat a fine usque ad finem fortiter, disponens omnia suaviter. »

nimis rigide tractaret: « Cogita illum, inquit, potius esse, et te fuisse. »

Nota: In hac philanthropia, sive singulari illo Dei amore in nos multa sunt admiranda.

*Primo*, quod ab aeterno nos amavit ille qui est Deus, id est, qui est summa maiestas et felicitas, qui in se omne bonum habet, ita ut nobis, alia re non indigeat.

*Secundo*, quod non necessario nos amet, uti necessario amat Filium et Spiritum Sanctum, sed plane libere et liberaliter.

*Tertio*, quod nos amet sine sua utilitate aut commodo proprio. Nam, ut ait Cyrillus, lib. I *Thesauri*, cap. vi, superflua est Deo productio creaturarum, quantum ad Dei perfectionem attinet. Hoc enim erat Deus antequam nos creati essemus, quod nunc etiam est: nihil et altitimus a nihilo ad esse producti, et si ad nihilum redirentur, nihil ei detraheremus.

*Quarto*, quia Deus hominem amat in quo nulla praecessit ratio, nullum meritum, nulla dignitas, ob quam diligendus esset, sed potius demerita multa et magna, ob quae omni odio erat dignus. « Commendat, inquit Paulus ad Rom. v, 8, Deus charitatem suam in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. »

*Quinto*, quia dilexit eos quos praeservit fore ingratos, imo hostes suos.

*Sexto*, quia amor hic Dei in homines non ex ignorantia, nec ex passione proficiscitur, uti homines stulte amant saepe amicas suas ex insano amore, vel quia persuadent sibi eas esse gratiosissimas; sed omnis Dei amor cum summa equitate et sapientia conjunctus est.

Dices: Quoniam in Deo est sapientia diligere homines peccatores et miseros? hoc enim obiectum in se non est diligibile.

Respondeo: Ratio amandi in Deo non petitur ab obiecto diligibili, uti fit apud homines, sed ab ipso Deo. Deus enim diligit nos propter se, quia summe bonus est, adeoque bonitate abundat, ut bonitatem et liberalitatem suam in nos omni dilectione indignos effundere velit. Infinita ergo Dei bonitas radix est et ratio amandi homines, eisque se et sua bona communicandi. Hunc amorem mire inculcat S. Joannes cum ait, cap. iii, vers. 16: « Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum, non percat, sed habeat vitam aeternam. »

Ubi nota singula verba habere emphasis, et emphaticae exaggerare amorem Dei. *Primo* enim ait, « sic, » id est tanta amoris vehementia, conatu, excessu. *Secundo*, non rex, non Caesar, non angelus, sed « Deus. » *Tertio*, « dilexit, » scilicet prior et gratis, sine merito; imo sine desiderio nostro. *Quarto*, « mundum » sibi contrarium, hostem et vnum damnationis. *Quinto*, « ut » non hominem, non angelum, non mundum alterum, sed « Filium, » non alienum, non adoptivum, sed « suum, » proprium ac naturalem, eumque non unum e multis, sed « unigenitum » et unicum.

*Sexto*, non venderet pretio, non mutaret, sed gratis « daret, » non ad regnum et triumphos, sed ad mortem et crucem. *Septimo*, id fecit non sibi, non Christo fructum aliquem quaerens, sed ut ipse nos, id est creator creaturas suas, sua morte vivificaret, sua humilitate exaltaret, sua inanimitione, aeterna gloria, opibus et bonis immensis cumularet.

SALVATORIS NOSTRI DEI. — Nota: *Salvator* hic vocatur Deus Pater; hunc enim distinguit a Salvatore quem subdit vers. 6, dicens: « Per Jesum Christum Salvatorem nostrum. » Unde S. Hieronymus docet hic notari SS. Trinitatem: tertia enim persona Spiritus Sancti nominatur, cum dicit: « Per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus Sancti salvos nos fecit. » Loquitur de salute inchoata, quae est ipsa justificatio, qua a peccatis et reatu mortis et inferni liberamur et salvamur, tendimusque ad plenam et completam salutem, quam in caelo omnibus armis, concupiscentiis et peccandi periculis liberati adipiscimur. Ita S. Augustinus, lib. III *Contra duas Epist. Pelagian.*, cap. III.

3. NON EX OPERIBUS JUSTITIAE (id est non merito operum iustorum, cum nulla talia praecesserint fidem et iustitiam), SED SECUNDUM (id est propter, vide Can. 25) SUAM MISERICORDIAM, — id est gratis, ex mera Dei misericordia.

PER LAVACRUM REGENERATIONIS. — Assertit hic Apostolus nos salutem iam dictam consequi in baptismo: baptismus enim est lavacrum regenerationis, quod scilicet regeneramur et renascimur in Christo.

ET RENOVATIONIS SPIRITUS SANCTI, — quod scilicet per gratiam Spiritus Sancti renovamur, et novi homines, puta sancti, iusti, Dei amici et filii efficiamur. Unde Tertullianus, lib. *De Resurrectione carnis*, vim baptismi explicans: « Caro, inquit, abluatur ut anima emaculetur, caro tangatur ut anima consecratur, caro saginatur ut anima muniat, caro manus impositione adumbratur ut anima spiritu illuminetur, caro corpore et sanguine Christi vescitur ut anima deo Eucharia recens baptizatis gustanda dabantur, ut alibi dixi, et baptizato statim impendebatur sacramentum Confirmationis per manus impositionem, ut inquit hic Tertullianus.

Nota hic emphasis: baptismus enim dicitur renovatio, graece *ἀναγεννησις*, id est iterata generatio, quia quasi de novo secundum carnem genitus, regenerat secundum spiritum et virtutes. Unde merito exclamat hic Theophylactus: « O rem arduam, inquit, et admirabilem! Adeo vitis eram immersi, ut nulla ratione purgari possemus, sed opus fuit regeneratione; nam regeneratio et renovatio secundum naturam novamque formationem significant. Ut enim domum ruinisam et plane veterem non sufficimus, verum ad fundamenta usque diruimus ac demolimur, et